

Princeps spectat ars. Huc igitur Princeps quoq; ducitur inclytus ille,
mamentarium. Hic uidet omnigenis arma reposa modis.
Tormenta maiora. Hic sunt multa suis tormenta iacentia carris,
Cum tonitru grandes quæ iaciuntq; globos.
Tormenta minora. Plura manus sunt hic quæ dirigit, atq; minores
Nitrato iaciunt sulphuris igne globos.
Bombardarum inuen. Atrox inuentum, quo non est tetrius ullum,
tum. Quod referat proprius fulmina seu Louis.
Seu uideatur odor, seu lux tonitruq; fragosum,
Ipsius esse putas tela trisulca Louis.
Berchtoldus Niger Forte fuit summi Niger æmulus ille Tonantis,
Bombardarum inuen. Hec primum ingenio qui dedit arma suo.
tor, Monachus, quem Et fuit AEolidæ Regis fors æmulus ille,
Auctinus Magiae pes Pons cuius tonitru curribus ictus habet.
ritum fuisse affirmat. Et uarijs nostro fuit hæc tempore formis,
Sunt quæ murifragum nomen habere solent.
Pars habet & colubrū nomen, galliq; canentis,
Seuq; terribili nomina plura sono.
Fusor Bombardarū. Et nobis hac est nunc fusor in urbe peritus,
Talia qui liquido fundere ab ære potest.
Non est propositum sed nostri carminis illud,
Quodlibet armorum nunc numerare genus.
Hic quoq; sunt arcus, quondam quibus usq; uictus,
Crebraq; non numero nota sagitta suo.
Hic sua miles habet, corpus quibus induat arma,
Hic hastas, uaria & que gerat arma manu.
Hic cataphractus habet, quo singula membra tegantur,
Hic habet illius quoq; tegatur equus.
Hic uideas galeas, loricas, scuta, pharetrias,
Hic cuspis, gladius, seu bipennis adest.

Cuncta